

Georg Schede


Cum felici Novi Anni Auspicio felicissima quaeq[ue] Lectori Christiano, precor ...

[S.l.], [1649]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn74255029X>


Druck Freier  Zugang





DK-9453 (1.)

*Ex
Bibliotheca
Academiae
Rostochiensis*



Inhalt:

(Progr. 1631) G. Schedius, Metaphrasis poet. Feschajahu proph. coniectionum.
Tumbria in obitum Gust. Adolphi Suec. reg. .. habita a G. Schedio, Rector Sch. Gustr. 1633.
Lemus Regius, Das ist Schmelde Klag: u. Trauer Schrift üb. d. Eintritt .. Gustr. Adolphi .. Autore G. Schedio. 1633.

Progr. 1646. (Lectorum ad ont. invitat Rector Sch. Gustr. etc)

1648.

1649 (Jan., März, Dec.)

1650. (1. Aug. II Nov.)

1652.

1653.

1655.

1658. (1. Oct. u. Von Lecture.)

1663.

Natales Reipublicae Meclenburgicae sacri. Gustr. 1666.)

Joh. Schultzeanus, de mysterio pietatis. mit Praes. G. Voigtii Gustr. 1671. (Vom Gradhock)

Hucht, Disp. log. de formali enunciationis redupl. et spec. sub praes.

G. Voigtii, Rectoris .. defendet. Gustr. (1671.)

Wagner, De oraculis Sibyll. sub pr. Voigtii .. def. Gustr. (1672.)

Progr. 1702. (Contra indifferentiam religionum.)

F. Otto, Theses log. resp. Daleke. Gustr. 1706. Editio II. 1710.

De veritate rel. christ. .. resp. Stark. Gustr. 1710.

In alterum jubilaum Lutherianum .. Gustr. 1717.

Laetare laudis sacrificium .. datuma novellis Athenaei Gustr. Collegis. (1717)

Thesium misc. decadem .. moderator F. Ottone Rector. prop. D. Sandow. G. 1717.

Triumph. Lied .. 2. Luth. Jubel. Fest. .. G. (1717)

Festum transl. Bild. Luth. germ. .. celebr. in urb. Richter. Gustr. Rector. (1719.)

Cantata .. (1719)

Progr. 2. Festum sac. II Augustanae Confessionis .. in urb. .. (1730)

Cantata .. (1730)

Progr. 2. Geburtstagfeier des Herzogs 1731. (Richter, De Henrico Leone)

1732. (Di Alberto et Johanne)

[1733 steht ill. 885]

1734. (De rebus Meclenburgicis)

Ms. Progr. 2. Geburtstagfeier d. Herzogs 1718 ff. u. a. siehe Nr. 74.

Progr. z. Geburtstagsf. des Herzogs. 1735. (Richter etc.)

1736. (" ")

1737. (" ")

1738. (" ")

1739. (" ")

1741. (" ")

1743. (" ")

1744. (" ")

1745.

1746.

1747.

~~1748~~ Severi *Stamus bucolicum* ed. Richter. 1747.

1749.

1750.

Philippi Juliae Ducis Rom. diarium itineris ed. Richter. 1750.



Cum felici NOVI ANNI

aspicio felicissima

quæq;

LECTORI CHRISTIANO,

precor.

Qui peregrinati sunt, se interrogari gaudent, & visa libenter narrant. Sed his danda opera, ut, nisi scurræ judicari velint, ea dicant, quibus fides habenda videatur. Utut enim rerum novarum nunciū mirifici lætitiā auribus afferunt, tamen incredibilitate ipsa fidem sibi derogant. Hac re moti viri cordati cautè agunt in recensendis iis, quæ & viderunt, & verissima, sunt, voluntq; potius esse modesti, quàm inverecundi; Pudori etiam sibi ducunt ullam rem referre, de cujus veritate cui dubium suboriri possit. Nos peregrinamur hæctenus in his terris certa & fixa mansione destituti, idcoq; firmiorem quærimus, in cœlo perenniduram, in Verbo DEI. Hoc nobis manifestat, quæ Viri *Heod. d. an. G.* prolocuti sunt. Manifestant nobis bonâ fide *Ministri Verbi sinceri* Nova, de quorum veritate qui pertinacius inquirunt, *æth.*; qui credere renuit, impius meritò censendus. Videamus autem, ne peregrinemur, id est, parum solliciti simus de negotio nostræ salutis. Dispiciamus ne aures nostræ peregrinentur, dum vel audimus sacro textus à *Concionatoribus* explicari, vel ipsi legimus, parum ad ea, quæ vel dicuntur, vel legimus attenti, Satis est non audisse vel legisse, quàm auditis aures occlusisse, a lecta vel neglexisse vel non intellexisse. Nos peregrinationibus, quæ cum dispendio animæ sunt conjunctæ, valere jussis oblectemur rerū novarum nunciis miris

Hæc nobis narrant mira, omnem fidem in non-renato-
rum auribus excedentia: ut terrarum Orbem *Dominus*
fundaverit super maria, supra fidem hominis. Quid e-
nim fundamento aquæ possit esse infirmius? ut terræ
globus undequaq; alluatur à mari, aquam, ubicunq; fo-
ditur, reddat, interim soliditati ipsius nihil detrahatur;
ut globus hic duorum elementorum in aëre medio pen-
deat, suis libratus ponderibus, neutrubi ligatus vel ru-
dente vel catenâ, nec tamen alicubi vacillet aut fluctuet; &
ut in toto orbis hujus ambitu, omni anima vivente suffo-
catâ, unius arcæ inquilini ad propagationem totius uni-
versi habitatorum suffecerint; uti Lotho & filiabus ejus
servatis Sodomorum regio sulphure & igne, coelitus de-
lapsis perierit, conjuge interim, quia non paruit Dei
mandato, sed sibi adhuc tempus ad effugiendum suffice-
re persuasum habuit, in statuam salis mutatâ; ut *rubus*
arserit, nec tamen incendio perierit, & absumptus fuerit;
ut *mulier* circumdederit *virum*, & nihil de ipsius virginitate
decesserit. Et quis chartæ hujus angustiis divina mi-
racula, in sacris contenta, sibi illinere præsumat? Satius
judico de illis nihil, quàm parum & non sufficienter di-
cere, & ita illorum laudes ingenii tenuitate deterere. In-
ter magna tamen hoc ultimum ex maximis unum est,
quo majus dari non potest, nempe CHRISTI *(incarnati)*
Nativitas, pater *rubum* illum nobis adumbrata. Hic enim
non imprægnata à viro, sed obumbrata à *spiritu sancto*
mater sui *patris*, & Virgo manet, qualis erat ante, sic et-
iam in, & post partum. Mirum hoc est, sed audiamus
non minora. Hic Puer, cùm ante existeret DEUS,
est HOMO, duæq; naturæ mirabili fœdere in u-
terita coiere, ut arctiore vinculo conjungi nequeant;
nec


nec tamen exæquantur, aut mixtæ in unum fluunt, sicut
aqua vino mista, aut lac sanguini, unum quiddam facit,
quamvis adulteratum; sed quælibet natura proprietates,
quas sibi vendicat, retinet ἀμεικτά, nexuq; insolubili fide firmâ & copulâ nunquam sejungenda manet
perfecta, consummata, salva, & integra, nullis solvenda
seculis. Quicquid interim ambæ factitant virtute divi-
na, unius personæ opus salutatur, unaq; actio. Nam
divinæ naturæ in actu (ut loquar cum veteri orthodoxa
Ecclesia) saltim competit motus; sed caro, confors, per
se nihil valens virtute, fit agenda. λέγειν autem ado-
prat eam in concursu Opus rerum, quas dextrâ divinâ po-
tenter dirigit. Quid, malum! Quid putide Manes rin-
geris? quidve tu Marcion, Arri, Photine, Nestori, Va-
lens, alii scabiosi hæritici, nares crispatis? nondum sacre
herbam porrigitis scripturæ, ut illi assurgentes Deo tri-
buatis honorem? Sed quorsum provehor? De hoc mi-
raculo, uti in Ecclesia hætenus plenis buccis actum: Ita
quatuor Scholæ nostræ Alumni, GEORGIUS
CHRISTIANUS Holsapffel/ Gerbshusâ Mogun-
tinus; VOLCKMARUS SCHROTERUS,
Oberbesâ Thuringus; GOTOFREDUS MI-
CHAEL, Judrebock Saxo; & MICHAEL FECH-
SIUS, Zeilenrodâ-Variscus; primus & ultimus in li-
gata, intermedii duo in prosa, sunt acturi crastini diei
X Januari horâ nonâ. Ea; propter VIROS Nobilif-
simos, Magnificos, Amplissimos, Consulatissimos; Ad-
modum Reverendos, Prudentissimos, Clarissimos, Ex-
perientissimos & Præstantissimos, omniumq; ad eò or-
dinum Literatos, & Scholasticis laboribus faventes, Do-
minos Fautores & Amicos meos honorandos, quâ par
est,


est, qua soleo, quaq; debeo observantia rogatum beneficio hujus chartæ venio, omni animi contentione petens, ut nostrum hoc propositum, ad pietatis promotionem, & ad exercendam juventutem studiosam unice directum suâ præsentia approbare, & sesquihorium impendere, & ita bonum id genus exercitorum in Novo Anno fundamentum ponere non aggraventur. Fiet hac ratione, ut & alii, perspicientes, nostros labores à VIRIS HONORATIS non usq; adeò sperni, in eodem studio & studio similiter sese exercent, cupiditateq; gloriolæ alicujus, quæ bono cuiq; implantata est, incitentur, stimulentur, inflammentur. Benè & feliciter Valet, nobisq; favete.

Dabam GUSTROVI IX. Januarii Anno Salutis per Christum reparatæ 1649.

M. GEORGIUS SCHEDIUS,

Scholæ GUSTROV. p. t.
Rector.





nec tamen exæquantur, aut mixtæ in unum flur
qua vino mista, aut lac sanguini, unum quidd
quamvis adulteratum; sed quælibet natura p
tes, quas sibi vendicat, retinet *ὁμοῦς ἁλῆτες*, nex
lubili fide firmâ & copulâ nunquam sejungenda
perfecta, consummata, salva, & integra, nullis
seculis. Quicquid interim ambæ factitant vir
na, unius personæ opus salutatur, unaq; actio
divinæ naturæ in actu (ut loquar cum veteri or
Ecclesia) saltim competit motus; sed caro, con
se nihil valens virtute, fit agenda. *λόγος* aut
ptat eam in concursu Opus rerum, quas dextrâ d
tenter dirigit. Quid, malum! Quid putide M
geris? quidve tu Marcion, Arri, Photine, Nest
lens, alii scabiosi hæritici, nares crispatis? nond
herbam porrigitis scripturæ, ut illi assurgentes
buatis honorem? Sed quorsum provehor? De
raculo, uti in Ecclesia hæctenus plenis buccis ac
quatuor Scholæ nostræ Alumni, GEO
CHRISTIANUS Holsappfel/ Gerbshusâ
tinus; VOLCKMARIUS SCHROT
Oberbesâ Thuringus; GOTO FREDU
CHÆL, Judrebock Saxo; & MICHAEL
SIUS, Zeilenrodâ-Variscus; primus & ultir
gata, intermedii duo in prosa, sunt acturi cra
X Januari horâ nonâ. Ea; propter VIROS
fimos, Magnificos, Amplissimos, Consultissim
modum Reverendos, Prudentissimos, Clarissim
perientissimos & Præstantissimos, omniumq;
dinum Literatos, & Scholasticis laboribus fav
minos Fautores & Amicos meos honorandos.

